

Alte Drucke

**CONCIONES || IN EVANGELIA || ET EPISTOLAS, QVAE || per
totam Quadragesima[m] populo in Ecclesia || proponi
solent, è Tabulis F. Iacobi Veldy ...**

Prielee, Gilles vanden

Parisiis, 1567

SABBATO HEBDOMADAE SECVNDAE QVADRAGESIMAE, Epist. Genes. 27.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150295

digni essent, qui ea semper indigerent: quia tamen ite-
cadunt, ut super lapidem Christum mancant, ipsum nec
negantes, nec contemnentes, sed potius per fidem ipsum
tenentes. Sic lapsi confringuntur quidem, sed non con-
teruntur, iusti enim si ceciderint, non collidentur, quia
Dominus supponit manum suam: habent enim gratui-
tum Dei auxilium, qui per poenitentiam reseruantur ad
salutem hauriendam ex fonte gratiae Christi. Infideli-
bus autem & haereticis ruina, offensio, & scandalum, si-
quidē ij, non tantum super lapidē cadūt, ut ex humana
peccent infirmitate, sed quia filium Dei conculcant, fi-
dei tesseram rumpunt, charitatem, quae est vinculum
perfectiōis, violant, Ecclesiam Catholicā & Romanā,
quae est corpus Christi, turpiter lacerant: hos grauis
illa duplicis contritiōis manet sententia, qua à lapide
Christo in iudicio illo supremo conterentur sine spe ve-
niae aut misericordiae consequendae.

*Infidelibus
& haereticis
ruina, offen-
sio & scan-
dalum.*

SABBATO HEBDOMADAE

SECUNDAE QUADRAGESIMAE,

Epist. Genes. 27.

*Quod cum audisset Rebecca, & ille abiisset
in agrum, ut iussione patris impleveret, dixit
filio suo Iacob, &c. Finis Epistolae: Volun-
tas Dei fuit, ut citò occurreret mihi quod vo-
lebam, &c.*



MPLECTITVR hæc Epistola historica
grauissima mysteria de electione Iacob, &
reprobatione Esau, in qua describenda pro-
ponit quatuor.

*Rebecca I-
cob decipit.*

I Primo, Rebeccam diuini adhuc oraculi memorem
muliebri astu, sed quem diuina prouidentia gubernaret,
decipere parentē Isaac senem: oculis caligantē, & lecto
affixum: quē ut intellexit velle Esau iure natiuitatis pri-
mogenito, supremā largiri pro patriæ consuetudine be-
nedictionem, fraudis occasionem pacta, (si tamen fraus
appellari debet quod diuinitus agitur) & Esau feroci,
hispidō, & venatore iussu patris in agrum ad venationē
egresso, euocat Iacob totum mansuetum, lenem, & in

tabernaculis habitantem: cui paternū proponit consiliū de primogeniturę priuilegio conferendo, suo vt acquiescat cōsilio iubet, fore vt ipsi tanta dignitas cōferatur, si modò obtēperet, & ē caula duos tantum hēdos afferrat. Si quaras, anne peccarit Rebecca, quòd fraude Esau circumuenerit? Respondeo quòd non. Siquidem ex diuina prędestinatione, & iure emptionis, Gen. 16. Hebr. 12. Iacob dignitas hęc debebatur: ipsis enim in matris uero luctantibus respondit oraculum, fore vt maior seruiret minori. Deinde & Esau victus impatientia gula fratri suo cesserat Iacob, vt meritò à fraude exculari ambo debeant. Paulus, Rom. 9. hoc mysteriū ad Iudęorū & gentium refert reprobationem, & ad vocationem: ad Iudęos quidē pertinebat adoptio filiorum, gloria, testamentum, legislatio, & promissa. Sed quia indignos se reddiderunt æternę vitę, ad gentes sunt translata.

2. Secundò, Iacob ignarum mysterij singulari quadam erga patrem reuerentia, matris consiliū detrectātem, dum ex rationibus humanis, vt penē solet ubique carnis prudentia, argumētatur, patrem faciliē posse vel malitiam, vel imposturā deprehendere ex corporis habitu dissimili. Erat enim Esau corpore hispido, robusto, & voce stentorea: Iacob verò corpore gracili, tenero, & voce exili. Itaque timet ne pro benedictione, & fauore paterno, consequatur maledictionē, & odium. Pulchrē autem significat hęc tergiuersatio iudicium carnis iudicātis de rebus diuinis ex solis pręsentibus. Sic olim ad petram contradictionis dubitauit Moyses, Num. 20. 11. de esu carnū. Sic Apostoli admirati sunt, A. 17. gentibus datam esse pœnitentiam in remissionem peccatorum, easque esse cohæredes, concorporales, & comparticipes promissionis Dei in Christo Iesu, Eph. 3. Atqui hoc erat sacramentum voluntatis diuinę absconditum à seculis, vt gentes, quę non sectabātur iustitiā, consequerentur iustitiā, Ro. 9. sed eā, quę ex fide est Iesu Christi, quem admodū Iacob non propriis viribus, industria, vel consiliis: sed matris, quę pręterquā quòd periculum omne in se suscepit, etiā vestibus odoriferis, & valde bonis, quę apud se habebat. i. virtutibus & meritis Christi, à Patre Iudęis primū paratis, gentium nuditatem, fa-

*Rebecca nō
peccauit
quòd fraude
Esau circum-
uenerit.*

Ita illis peccatorum remissione, & data vera iustificatio-
ne, cōtexit, additis cibis. i. sacrificio crucis, Patri aeterno
gratissimo, quibus cum fiducia ingrediūtur ad Patrem,
dicentes, Pater mi, comede de venatione filij tui. i. ex
fide per spiritum inhabitantē, clamantes, Abba Pater. E-
go sum Elau, non quidem natura, sed prædestinatione.
3 Tertiò, Isaac admirantem inopinatam ferarum cap-
turam, dum ait, *Quis es tu, fili mi? Quo modo tam cito
inuenire potuisti?* qui pulchrè nobis singularem Dei Pa-
tris exprimit clementiam, qua reuersos per pœnitentiā,
qua ex singulari gratia eos ipse præuenit, excepit hu-
manissimè: quum enim ipsa pietate clementior sit, qui
negare seipsum nequeat, 2. ad Timot. 2. mox suorum
vocem agnoscit, Iohan. 10. vt, Luc. 15. indicat filij pro-
digi parabola. Sic prædicatione Apostolorum, resipi-
scētes Iudæos, & gentes mox in gratiam recepit, Act. 3.
4. 10. 11. quo accepta fiducia per Christū, sese filios esse
professi sunt: quia nimirum, cibos à matre paratos, con-
ceptam, scilicet, ex prædicatione fidem, mansuetudi-
nem, modestiam, aliāque pietatis opera igne charita-
tis excocta Patri offerunt. Quòd verò Isaac tangendo,
& palpando explorat Iacob, priusquàm cibos accipiat:
quoniam quæcunque scripta sunt, ad nostram doctri-
nam scripta sunt, Rom. 15. huc spectaret opinor, vt cre-
damus eam solam, quæ ore fit, fidei confessionem, non
sufficere. Neque enim, vt impudenter asserunt hæreti-
ci, de sola fide, & incredulitate iudicabit Deus, sed de o-
peribus, quæ si arserint, illi detrimentum patientur: id-
circo & Pater ille celestis suos explorat, vt ignis aurum
solet: non vt perdat, sed vt purget: eget enim corrupta
nostra natura continua exercitatione, ne ad eadem pro-
labatur. Itaque explorat, si quod ore profiteamur, opere
quoque & perficiamus.

*Oris confes-
sio non suffi-
cit.*

4 Quartò, Benedictionem, qua secundum aeternū Dei
propositum, quo antequàm vel boni, vel mali quicquā
egissent, prædestinatus erat à Deo benedicendus Iacob.
Ita enim benedictione, qua Isaac, Iacob benedixit, sym-
bolum tantum erat benedictionis diuinæ faciendæ per
Christum, qua sine vllis præcedentibus meritis à massa
perditionis erant separandi secundum prædestinationē,

& propositum gratiæ Dei, vasa misericordiæ à vasis iræ: qui benedicuntur omni benedictione spiritali in celestibus in Christo, ad Ephes. 1. Aut si ad Christum referre liber, qui postquam semetipsum humiliavit vsque ad mortem, accepit à Deo Patre, 2. Pet. 1. gloriam, honorē, & nomen super omne nomen, cuius odor est tanquam odor agri pleni, cui benedixit Dominus: nam de plenitudine eius nos omnes accepimus, gratiam pro gratia, Iohann. 1. Christus itaque constitutus iudex viuorum, & mortuorum, electos ante mundi constitutionem, benedicit, ita vt sint benedicti. Eos enim nemo potest rapere de manu Patris sui, Iohann. 10. Habent enim tanquam semen, cui benedixit Dominus, Isa. 61. & manet firmum Dei propositum, ita vt, iuxta Paulum, Rom. 8. neque tribulatio, angustia, mors, fames, periculum, & persecutio possit eos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu, qui etsi vt Iacob accepta benedictione, patiantur persecutionem ab Esau, probatio ipsis tantum est fidei. Est interim etiam erga impios tanta Dei pietas, vt non puniat bis in idipsum. Nam Esau, quanquam non inuenerit penitentia locum, etsi cum lachrymis quæreret, tamen in terrenis, & perituris rebus illi benedictionem concessit. Siquidem non nisi diuino beneficio etiam mali & reprobis rebus terrenis vtuntur.

SABBATO HEBDOMADAE SECUNDAE, EVANGELIUM, LVC. 15.

Homo quidam habuit duos filios: & dixit adolescentior ex illis, patri: Pater, da mihi portionem substantiæ quæ me contingit, &c. Finis Euangelij. Frater tuus venit, & occidit pater tuus vitulum saginatum, quia saluum illum recepit, &c.



O C C E T hoc in Euangelio mitissimus Saluator noster Christus potissimum quatuor.

I Primò, Sub enigmate prodigi adolescentis,

K iij

Liberi arbitrium.

quid possit natura sine gratia, scilicet, post acceptam portionem substantiae à patre, abire in regionem longinquam, & eam dissipare viuendo luxuriose. Sufficit enim liberum arbitrium, ut est vitio primorum paratum laesum & conseruatum, ad malum: ad bonum autem, nequaquam, nisi adiuuetur ab omnipotenti bono. siquidem & naturae, & gratiae dona, à Deo in ipsa creatione collata, dum iis inconsultius vitur primus homo, illis grauiter laeditur, & istis priuatur, nec potest, nisi illo sanante, & restituyente, qui dedit ut bene: qualis enim ille peccati merito est factus, talis ex vitiata propagine omnes in lucem edidit, auersos à Deo, contrarios, mortales, corruptibiles, & peccatores. Amissa enim originali illa iustitia, per quam consistebat illa virium inferiorum & superiorum harmonia, consecuta est statim irascia illa, & rebellio, quam omnes in natura experimur.

Originalis iustitia.

Hanc enim significare voluisse videtur Christus vehemementi fame, quae regionem inuaserat, non enim de fame panis, ut Propheta loquitur, intelligit: sed de fame audiendi verbum Dei. Mox enim naturam inuasit ignorantia rerum agendarum, & concupiscentia rerum noxiarum, ignorantia Dei: denique rerum omnium quae salutem promouere possent. quoad enim latuit veritatis via, quanto magis eam querebat, eo minus inuenire contigit. Siquidem humanae philosophiae salebrae longe minus satisfacere poterant, quam porcorum siliquae. Quanquam enim prima fronte magnam honestatem & modestiam polliceri ipsa philosophia videretur: nihil tamen sublime aut diuinum afferre potuit.

Poenitentia vera initium.

2. Secundo, Dum hunc asotum respicientem, ac miseriarum pertesum proponit: vnde contingat homini auerso verae poenitentiae initium, quod non nisi à bona voluntate nascitur, scilicet, non ex solis liberi arbitrij viribus, sed ex Dei dono in occulto praueientis omnem humanam cogitationem. Non enim idonei sumus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis. Meminerimus igitur, iuxta Aug. Epist. 106. quod pater hic asotus non quaesierit, antequam quaesitus est ab illo, qui venit quaerere, & saluum facere quod perierat. Est enim opus gratiae Dei, ut meritum hominis bonum & initiet ad iustitiam, & consumet ad gloriam:

primò, inchoans voluntatem bonam: deinde, eandem adiuuans inchoatam, vt eadem voluntas & diuino dono bona sit, & diuino adiutorio malam superare possit concupiscentiam. Ita enim hic noster asotus, accepto radio cælestis gratiæ, rationem auersam, intellectum obscuratum, & voluntatem peccato corruptam illustrat, vt ex fide (sine qua nec oratio nec pœnitentia placet) quàm procul esset à Deo, (longè enim à peccatoribus salus, Psal. 118.) alienus esset à pietate, (nulla enim conuentio luci ad tenebras, 2. Cor. 6.) & graui peccatorum pondere premeretur, agnosceret. Nulla enim rectè suscipitur pœnitentia, quam non peccati propriæque miseris cognitio præcesserit, quam dum fidei lumen præcedit, tum demum surgit à somno peccati, Rom. 13. ad Ephes. 5. Surge qui dormis, &c. Patrem adit misericordiarum, & Deum totius consolationis, qui consolatur nos in omni tribulatione, 2. Corint. 1. peccatum confiteatur. Qui enim abscondit scelera sua, nō dirigitur: qui autem confessus fuerit, & ea reliquerit, misericordiam cōsequetur, Prover. 28. confessione, scilicet, sacramentali à Christo instituta: & deicit se infra ministrorum & seruatorum conditionem. Oratio enim humiliantis se nubes penetrat. Videant ex hoc loco aduersarij, qui non verentur asserere, contritionem, & quæ absolutam iustificationem præcedunt, efficere hominem magis peccatorem. Neque enim displicent Deo hæc prodigi opera, qui patrem adit, eum inuocat, peccatum confiteatur: vt nec publicani pœnitentia, nec Cornelij Centurionis, licet nondum regenerati, opera, Act. 10. Luc. 18. 3. Tertiò, Quantum sit gaudium in cælo super vno peccatore pœnitentiā agente. Non vult enim Deus mortē peccatoris: proinde pœnitentiā, quam iubet per legem, & dat per gratiam, qua gratia illum, qui adhuc longè est, quia nondum per pœnitentiæ sacramentum reconciliatus, videt misericordia motus, accurrit, ruit in collum eius, & osculatur eū, dum misericordia illius præuenit nos, Psal. 58. Antequàm clamemus ipse exaudit, Isa. 65. Clamat enim in nobis interpellando per spiritū, Rom. 8. & eū qui inimicus erat, reconciliat per sanguinē filij, vt pacē habeat ad Deū, Ro. 5. Illud interim obseruandū

Confessio sacramentalis.

*Sola bona
voluntas non
sufficit ad
iustificatio-
nem.*

arbitror, ad veram iustificationem non sufficere solam bonam voluntatem, nisi dum cetera, quæ ad veram pœnitentiam requirit scriptura, vt sunt confessio & satisfactio, moriendi necessitas exclusit: subuenit enim tunc misericordia Redemptoris, cuius sanguine & purgatur & delentur peccata. Neque illius efficaciz derogat, qui has pœnitentiæ partes amplectitur, tanquam solidissimas post naufragiũ tabulas: iis enim enatare licet, vt hic asotus, magnitudine scelerum horrorem iræ diuinæ concepit, Psal. 118. Cõge timore tuo carnes meas: consideratione clementissimi Patris in spem veniæ erigebatur. Audiuit enim illud, Venite ad me omnes qui labora. &c. Matt. 11. & scelerum detestationi veram pœnitentiam substituit. Itaque ex iræ filio, & damnationi obnoxio, factus est filius Dei: & propter fidem in Christum, sine qua impossibile est placere Deo, & propter opera ex fide profluentia. Vt enim sine fide non placent opera, ita nec econtrā: quanquam plerunque fidei iustificatio tribuatur: hoc ideo fieri cum Aug. puto, quia fides prima datur, per quam cetera impetrantur: quia fides fundit orationem. Quomodo enim inuocabunt in quem non crediderunt? Rom. 10. Ostendit medicum, à quo solo est salus expectāda, docet qua methodo animorum morbi pellantur, & amplectitur spem & charitatē. Addit orationem, qua fidei impetres firmitatem; coniungit pœnitentiam nec quicquam quod ad salutem requiratur omittit. Sic qui hunc pœnitentem imitabitur, is quum Deus non sit personarum acceptor, eandem ab ipso gratiam consequetur.

Fides et opera.

*Sine fide non
placuit opera.*

4. Quartò, Insignem Dei clementiam, qua solet is erga eos, qui verè & ex animo resipiscunt, vti. quia enim peccator dū sese à Deo auertit, perdit innocentiam, iustitiam, charitatem, & Spiritum sanctum: siquidem hæc cum conscientia peccati consistere nequeunt. Spiritus enim disciplinæ effugit fictum, nec potest habitare in corpore subdito peccatis, Sapient. 1. Ea autem est immensa Dei Patris clemētia, vt redeunti per pœnitentiā moriubeat dare primam stolam, id est, participes faciat iustitiæ Christi, omniumque meritorum ipsius, per gratiam. Sic enim illum induuatur quotquot in illo bapti-

*Dei clemen-
tia.*

uantur, Rom. 6. & quod de baptismo, simile de pœnitentia. Restituit enim hæc, quod in baptismo acceptum per peccatum amissimus, & annulum in manum, id est, archabonem spiritus, que signantur fideles: est enim annulus datæ hereditatis, & firmæ charitatis testificatio, quæ sine iustitia non imputatiua, sed vera & inhaerente: iuxta illud, Qui facit iustitiam iustus est, acquiri & recuperari non potest. Hæc enim & charitatem in se complectitur, iuxta Aug. perfecta charitas, perfecta iustitia, cap. 70. de nat. & gra. & calceamenta in pedes, id est, in præparationem Euāgelij pacis, necubi coluber insidiās plantam ingrediētis inuadat, utque super scorpiones & serpentes securius ambulet, nō iam gradens secundum carnem, sed secundum spiritum, & vitulum saginarum in epulas, id est, participem facit corporis & sanguinis filij sui: hanc enim gratiam filiis, qui restituti sunt in libertatem spiritus, & à peccato purgati, concedit, ut participes fiant corporis & sanguinis Christi. Nam qui manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat, nō diiudicans corpus Domini, 1. Corinth. 11. Neque verò istis contentus clementissimus Pater, ut ostendat quanti apud ipsum momenti sit vera pœnitentia, vult proximū quenque de pœnitentis salute gaudere. Ideo inquit, Māduccemus, & epulemur, quia hic filius meus mortuus fuit, quantum ad malitiæ abundantiam, & reuixit. Perierat sine vlla spe recuperandæ salutis quantum in ipso erat, & inuentus est.

*Perfecta
charitas, ius-
titia perfe-
cta.*

Hiero. ad Damasum de vocatione duorum populorum
hoc Euangelium interpretatur, To. 3. fol. 127.

DOMINICA TERTIA QVADRA-
GESIMAE, EPISTOLA, EPHE. 5.

*Estote ergo imitatores Dei, sicut filij cha-
ristissimi, & ambulate in dilectione, sicut &
Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum
pro nobis oblationem, et hostiam Deo in odorem
suauitatis, &c. Finis Epistolæ: Fructus enim
lucis, est in omni bonitate, & iustitia, et veritate.*

*Iohann. 13.
& 15.*

1. Iohann. 4.